

DECALOGVS
DE VETERI
Testamento.

Vetus Testamentum omnino reiiciunt *Simoniani, Caiiani, Archontici, Cerdoniani, Marcionite, Apellite, Seueriani, Tatiani, Manichæi.*

Veteris Testamenti lectionē in Ecclesiā Christiana & sub Euangelio inutilem dicunt *Manichæi, Aduersarij Legis & Prophetarum.*

Prophetas veteres à diabolo fuisse contendunt *Saturniani, Basilidiani.*

Prophetas abreptitios homines & insanos fuisse dicunt *Gnostici, Priscillianistæ.*

Nouos & suos veteribus Prophetis præferunt *Archontici, Cerdoniani, Marcionite, Apellite.*

Veteris Testamenti partem tantum à Deo esse dicunt *Ptolemæi.*

Mosem se esse dixit *Noetus.*

DE DECALOGO
Legis.

Decalogum Legis non Dei, sed infaustæ cuiusdam naturæ præceptionem esse aiunt *Simoniani, Carpocratiani, Manichæi.*

Promissiones in Lege Dei comprehensas, terrenas tantum esse dicunt *Basilidiani, Pepusiani, Adamite, Nepotiani, Seruetani.*

DE PRIMO DECALO-
gi præcepto, Non habebis
deos, &c.

Plures deos constituunt, quatuor *Tetratheita, Theodo-*